



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCXLVIII. Der Bischof Dietrich bestimmt die Einkünfte des Domcapitels aus der Kirche in Markow, am 1. Nov. 1351.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CCXLVII. Bischof Dietrich zu Brandenburg resignirt seinen Hof in Magdeburg, innerhalb dessen die Capelle St. Georg gelegen, dem Capitel daselbst und bestimmt die Bedingungen, unter welchen er den Hof in Sudenburg erkaufte, am 29. Juni 1351.

Nos Thidericus, dei gratia Episcopus Ecclesie Brandenburgensis, Prehabito tractata et deliberatione diligenti cum domino Thiderico preposito ac Capitulo ecclesie nostre de ipsorum voluntate jus, quod habuimus ad curiam iacentem in Magdeburg apud nouum forum, in qua Capella beati georgii martiris esse dinoscitur, honorabili viro domino Alberto de hademerfleue canonico seniori in Capitulo et Capitulo Sancte Magdeburgensis ecclesie presentibus resignamus. Item recognoscimus, quod curiam sitam in Sudenburch prope aquam, infra curiam Magistri Arnoldi, quam pro quadraginta marcis argenti brand. ab honorabili viro Magistro berthramo, Custode dicte Magdeburg. ecclesie emimus, ea emimus lege, quod nos vel noster successor, quicumque pro tempore fuerit, poterimus viginti marcas argenti vel minus edificando expendere in Curiam memoratam, quam curiam si in futurum aliquis Canonorum dicte Magdeburg. ecclesie a nobis vel nostro successore emere voluerit, ille nobis vel eidem successori dare tenebitur sexaginta marcas argenti. Sed viginti marce fuerint expense in edificando Curiam antedictam vel in tanto minus, quantum minus in edificando expensum inuenitur. Si vero aliquid in ea non edificauerimus, tunc idem Canonicus dabit quadraginta marcas argenti, pro quibus eam nunc emimus a Magistro Bertheramo supradicto. Soluta igitur nobis vel nostro successori precio secundum distinctionem prescriptam nos vel is, qui nostro vel Successoris nostri nomine eandem curiam possederit, ipsam voluntarie exhibebit, eius possessionem dicto Canonico libere dimittendo. In testimonium omnium premisorum nostrum sigillum vna cum sigillo Capituli ecclesie nostre presentibus est appensum. Et nos Thidericus, dei gratia prepositus, et Capitulum ecclesie Brandenburgensis ad requisitionem dicti domini nostri domini Thiderici, Episcopi Ecclesie nostre, in premisorum euentiam presentem litteram sigillo capituli nostri duximus sigillandam. Datum Brandenburg, anno Domini M^o. CCC^o. LI^o. In die beatorum petri et pauli apostolorum.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.

CCXLVIII. Der Bischof Dietrich bestimmt die Einkünfte des Domcapitels aus der Kirche in Markow, am 1. Nov. 1351.

Nos Thidericus, dei gratia episcopus ecclesie Brandenburgensis, recognoscimus, quod Thidericus prepositus et capitulum ejusdem ecclesie nostre, qui pro eo, quod vigore privilegiorum suorum fructus ecclesie Markowe in usus suos convertere possint, sibi pro eisdem usibus reseruarunt de fructibus tricesime annuarum cujuslibet tricesimalis mansi villarum Markowe et Markede viginti Brandenburgensis denarios, eis in Brand. pro media parte in festo beati Martini episcopi et pro alia media parte in festo purificationis beate Marie virginis annuatim per rectorem ejusdem ecclesie Markowe, qui pro tempore fuerit, sine contradictione perfolvendos, totum residuum de dictis mansi valens provenire cum fructibus et utilitatibus duorum dotalium mansorum ejusdem ecclesie, tertia decime animalium, obventionibus offertorium, testamentorum et legatorum ac quorumcunque aliorum ad dictam ecclesiam Markowe pertinentium et inde valentium provenire, domino Arnoldo

Warmstorp suo canonico, quem in rectorem ejusdem ecclesie Markowe instituerunt, pro congrua sustentatione, jurium episcopaliū, cathedralici, denariorum sinodaliū et procurationum solutione seu prestatione ac omnium aliorum et singulorum incumbentium onerum supportatione assignando. Sane dictam assignationem, quam prehabita taxatione cum nostris sufficientem ad premissa supportandum reputavimus, auctoritate ordinaria admittimus, ratificamus et etiam approbamus, volentes, ut idem dominus Arnoldus hujusmodi assignatione pro supportatione omnium et singulorum premissorum debeat contentari ac prefatis preposito et capitulo de et pro quolibet manso tricesimali prelibato dare in Brandenburg. XX. Brand. denarios annuatim in terminis antedictis, ea tamen habita consideratione, ut propter sterilitatem dictorum mansorum, et sine eiusdem domini Arnoldi culpa dictos mansos magno incommodo afficientem seu casu fortuito contingentem, sibi fiat remissio pro rata pensionis, ita dumtaxat, si cum ubertate anni immediate antecedentis vel sequentis non valeat sterilitas compensari. Ut igitur etc. Datum Brandenburg, anno domini M. CCC. LI. prima die mensis Novembris.

Nach der Copie im Copialbuche.

CCXLIX. Henning von Bieslar, Thyle Grothe und Gerke Kothe bekunden, daß der Bischof von Brandenburg sich mit den Grafen von Anhalt verglichen habe, am 5. April 1352.

Wy Henning von Seyezer, Thyle Grothe vnd Ghereke Kothe bekennen, dat dy eraftighe herre in godde vse herre Biscop Dyderik tu Brandeborch het ghedinghet mit dem hochgeboren vorsten Greuen Albrechte van Anhalt, vmme allen vpsot, krich vnd werre, dy gheswesen is twischen on vnd eren mannen an beyden syeden, also, dat vse vorbenomede herre van Brandeburg von syner vnd syner manne weghene, vmme alle schelinge is ghegan vp hern Gheren von Byghere, synem scheydemanne, dat dy scole vfen herren von Brandeburg nach synen sculden vnd nach antwerde vses vorbenomeden herren von Anhalt mit hern Cunen von Rustorp riddere, dy scheydemann is des vorbenomeden von Anhalt, nach synen sculden, vnt nach antwerde vses vorbenomeden herren von Brandenburg entrichten mit mynne eder mit rechte, endrechtichliken twischen hir vnde sinte Wolburghes dagh, dy negeft tu komende is. Were dat disse vorbenomeden scheydelude scheleden, dat sy vsem herren von Anhalt mit vsem herren von Brandeburch nicht entrichten kunden, bynnen der tit, so scolde dy erwerdighe herre Biscop Otto von Meydeborch eyn ouerman syn. Vnt wat hy vor eyn recht spricket, twischen hir vnd vtgande Pingesten, dy negeft tukomende sin, dat scolde vse herre von Brandeborch dun bynnen virteynachten dar na. Dede hy des nicht, so scolde wy vorbenomede Borghen inriden in de Stad tu Meydeborch, vnd scolden dar inne ligghen, alse inleghers recht is, also langhe, wente dat wurde vultoghen. Dit loue wy vorbenomeden borghen Henningh von Seyezer, Thyle Grothe vnd Gherke Kothe den erbarn mannen Godeken Tzorren, ridder, Hentzen Molenweden, vnd Thylen von Schuderen, tu vses herren hant von Anhalt stede vnd gantz tu haldene, sunder argheit. Tu orkunde disse dingh hebbe wy disse brif ghegeuen na goddes bort Dretteynhundert jar in deme twe vnd vestigesten jare, in deme negeften Donerdaghe vor dem Palme daghe beseghelt mit des erhaftigen vorsten heymelik Inseghel Biscops Dyderik von Brandeborch, vnses herren, wente wy tu disse tit seluen neyne Insegele en hebben.

Nach K. H. den, Walthemar IV, 394.